Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643689-p0001-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643689-p0002-3

699
1630 12
12

# DISPUTATIO JURIDICA
De
# JURAMENTO CALUMNIÆ,

*Quam*
Auſpicante DEO ter Opt. Maximo
&
*Conſentiente Magnifico, atque Ampliſſimo in celeberrimâ ad Albim Academiâ*
JCtorum Ordine
SUB PRÆSIDIO
*Clariſſimi & Conſultiſſimi VIRI*

**DN. CHRISTIANI Krembergk/**
J.U.D. Juridicæ Facultatis Adſeſſoris, & Judicii Electoralis Curiæ Advocati digniſſimi &c. Præceptoris ac Promotoris ſui omni obſervantiæ cultu proſequendi,
*Publicæ disquiſitioni ſubjicit*
JEREMIAS Walburger/ Fribergâ-Miſnicus Electoral. Alumnus.
*Ad diem 18. Martÿ horis à Septim. matut.*
In Acroaterio JCtorum

WITTEBERGÆ,
Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH, Acad. Typogr.
ANNO M DC XXX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643689-p0003-9

Σὺν τῷ κυρίῳ!

# PROOEMIUM.

*NOn bonum vivere; ſed benè vivere laudis eſſe, eleganter nos monet Seneca in Epiſt. 72. Verùm quomodo vivendum, ut nos benè vixiſſe dicamur, brevibus, ſatis tamen nervoſis verbis Pomponius hiſtoriæ juris aſylum in* l. apud. 20. D. fide dei commiſs. libertat. *docet, dicens: diſcendi cupiditas, ſola vivendi ratio optima eſt. Cùm autem ſuperiori diſputatione de Juramentis in genere actum fuerit, juſta methodi (a) ratio requirit, ut de ſingulis ſpeciebus aliquid ſubjiciatur. Ea enim, quæ ad ſpeciem directa ſunt, potiſſima ſemper (b) habentur, & in ſpecialibus (c) conſiſtit pondus diei & æſtus. Quâ de causâ nos flagrantes hâc cupiditate diſcendi, earum ſpecierum hâc vice initium facturi ſumus, ut & nos ſecundum mentem Pomponi; benè vixiſſe, aliqualiter appareat.*

(a) Ignoratis enim generalibus, ſpecialia quoque imperfectè cognoſcuntur. *Philipp. Matthæi, ad pr. D. de Reg. Jur. n. 14.* (b) *arg. l. in toto jure. 80. D. d. t. Cludius in tr. de condict. indebit. c. 5. n. 15.* (c) ut inquir Bald. *conſil. 218. verſ. nunc de forma circ. fin. vol. 3. Knichen de territor. jure. c. 5. n. 95.* Eſto ergò.

# Thesis I.

Dividebatur olim juramentum à veteribus in Verum & quaſi. Verum dicebant, quod fiebat cum obteſtatione divina per *a* Deum. Quaſi autem, quod per aliam *b* rem quidem, reſpectu tamen divini numinis jurabant.

*(a)* Cùm enim Ethnici plures Deos haberent, ideò etiam modò per hunc, veluti per Caſtorem Pollucem, nonnunquam per Herculem, Cererem &c. jurare ſolebant, de quibus videatur Briſſon. *de form. & ſolennib. P.R.lib.8.in pr.* Nos verò Chriſtiani, cùm unum Deum ter Optimum Maxim. agnoſcamus & colamus: idcircò per eum ejusq́; nomen ſolùm jurare debemus. *Deut. 6.v.13.10.v.21. Joſ.23.v.7. Matth.5.v.37.* ibi, ἐκ τῦ πονηρῦ. Anchor. conſil. 192. *in auxilium n.1. Weſemb. in Parat. D. de jurejur.n.6. verſ.poſtea verò.* *(b)* puta per ſalutem ſuam, *l. non erit. 5. in pr. l. qui per ſalutem.33.D.d.t.* per caput ſuum; *l. ait prator.3.§.fin.d.t.* vel ſuorum liberorum. *l. vel ſuorum. 4. eod.* de quo Briſſon. *d.loc. Setſer. de jurament.lib.1.c.3.n.3.4. & 5. eleganter Vultejus, lib. unic. diſceptat. Scholaſtic.c.7.fol.mihi.64.* Quos modos ſingulos & omnes relinquimus, cùm per ſolum Deum juremus, uti dictum.

## II.

Illâ relictâ, putamus juramenta in duas *a* ſpecies dividenda eſſe: Alterum, quod de cauſa controverſa; alterum, quod *b* de cauſa non controverſa interponi ſolet.

*(a)* Cum *Duaren. in comm. D. de jurejur.c.1. Vultejo. d.lib. unic. diſceptat. Scholaſt.c.7. Setſer, d.loc.n.5. Treutl. vol. 1. diſput. 21.*

*§.4. & Dd.communi Scholâ.* (*b*) ſcilicet de negotio, quod ge-
ritur, geſtumve eſt; vel illud confirmando; ut ſunt juramenta
conventionibus, tranſactionibus, ut in *l. ſi quis major.41.C. de*
*tranſaction.* appoſita, veluti minorum, *auth.Sacramenta.C. ſi ad-*
*verſ.vendit. l. ſi alterius.3.C. ſi minor ſe major.dixiſ.* & fœminarum;
vel fide perſonas ad illud aſtringendo, ut fit in juramento ſub-
jectionis à ſubditis, ſive pacis, ſive militiæ tempore; & fideli-
tatis à vaſallis ex conſuetudine feudali præſtando. *Treutl.d. loc.*
*& alii ſuprà allegat.*

III.

De cauſa controverſa ſolet adhiberi & præſtari, vel litis, ſeu controverſiæ decidendæ gratiâ, vel ſolius religionis injiciendæ *a* cauſa; quo pertinet juramentum *b* calumniæ, teſtimonii, & purgationis: nos miſsis & relictis duabus poſterioribus aliis ſubſequentibus, impræſentiarum de priori acturi ſumus. Faxit DEUS, ut benè cedat.

(a) *Donell. in tr.de jurejur.c.2.in pr.Bocer.diſp.2. ad part.3. Pandect. Treutl. d. diſp. 21. theſ.3. adde Vultejum ad §. item ſi quis poſtulante. 11.n.8. Inſt. de action.* (b) *Donell. d.loc.* adjicit & illud, quod judicio ſiſtendi causâ à reo in jus vocato olim interdum exigebatur. *arg. rubr.D. qui ſatisdar.cogant.*

IV.

Juramentum itaque calumniæ, *a* germanicè Eydt vorgeſehrte/ *b* eſt aſſertio religioſa, quâ litigantes aſtruunt, ſe non calu-

mniandi animo, ſed juris, cauſæq; ſuæ bonitate fretos agere vel excipere.

(a) Cùm definitio amuſſis ſit proprietatis, & totius exactæ ac methodicæ diſputationis certum fundamentum. *Everhard. à Middelb. in Topic. legal. loc. à definit. n.4.* nec non ejus rei, quam definire volumus, propria, brevis, & circumſcripta quædam explicatio. *Idem eod. n.4.* & Eloquentiæ Parens *lib. 1. Offic.* admoneat, diſputationem ſemper à definitione proficiſci oportere, ut ſtatim intelligatur, quid ſit id, de quo diſputetur; meritò veſtigiis hujus inſiſtentes â definitione auſpicamur. Duplex autem definitio hîc deprehenditur: Nominis ſcilicet, & Rei. Cùm verò in omni diſciplina, maximè verò in jure noſtro *l.1.D.de J.& J.l.1.§.1. D.de pactis.l.2.D.de except.l.inſtitor.3.D. de inſtitor.action.l.1.D.de acquir. vel amittend. poſſeſ.l.1.D.de furt.l. mutuum 2.§.appellata.D. de reb. credit.* potior quidem rerum, prior tamen verborum cognitio habeatur. *Oldendorp. claſ. 4. action.24.fol. mihi. 555.* licet nominum, ſeu notationum magna cura non ſit habenda, ex mente Averrois 1. *Phyſic. comment. 1.* ſed potius accurati eſſe debeamus, de rebus ſeriis, non de inanibus; de rerum natura, non de nominibus. *Picolom. in introd. ad ſcient. c.1.* Attamen cùm ſint cognitionis inſtrumenta, teſte Scaligero, cauſa, ſignum, & nota notionum, quarum intellectus nos in ipſius rei cognitionem quodammodò provehit, authore Celſo *in l. Labeo.7.§.2. D. de ſuppellect. legat.* haut itaq; abſonum erit, ſi quid de ea præmittatur.

Vocabulum ergò calumniæ deducitur à Dd. à calvo calvire, quod decipere ſignificat, & fruſtrari, tractâ à calvis metaphorâ, qui eos fruſtrantur, à quibus per capillos præhendi videntur. *Alciat. ad l. ſi calvitur. 233. D. de V. S.n.2. Brechter. in compendio proceſſus judic. c.10. circ. prin. Setſer. in tr. de juram. lib. 3. c.1 n.2.* vel â calvis militibus, qui omnibus deriſui eſſe ſolebant, ut mavult Oldendorpius *claſ. 1. action. 10. fol. mihi 95.* Hiſce neglectis originaliter deduci ab Hebræo כָּלַם calam, h. e. calumnioſè tractatus, ignominiâ affectus eſt, tradit Becmann.

in

*in tr. de origin. latin. ling. fol. mihi. 167.* cui adſtipulatur Alſtedius *Encyclopædiæ lib.21. in lexic. hebr. ling. lit.* כ.

Deinde ad præliminaria quoq; pertinet, ſcire calumniæ vocem variè â variis ſumi. Ciceroni eſt omnis verſutia, & malitia. *lib.2. de Republ. & 1. Offic.* malitioſa juris interpretatio, & fraudes, quib. litigatores in judiciis utuntur. Eidem *d. lib.1.* Quo ſenſu etiam verbum in *l. pen. D. ad exhibend.* ibi, *jus civile non oportere calumniari*, reperitur. Nonius nominat mendacium & malitioſam infamationem. Cujus etiam opinionis eſt Marcianus *in l. accuſatorum. 1. §. calumniari. 1. D. ad SC. Turpill.* Nonnunquam pro accuſatione accipitur, ut videre eſt *in l. ſancimus. 22. C. de pœn. & ibid. gl. lit. Z.*

Hiſce miſſis ſciendum hoc in loco calumniam eſſe, cùm quis ex certa ſcientia & dolo injuſtè agit, aut excipit, teſte Azone *in ſumm. C. h.t.* & ſic quoq; uſurpatur *in l. 1. §. per calumniam. D. ſi mul. ventr. nomin. in poſſeß. eat. & l. 2. in pr. C. h.t. Hoſtienſ. in ſumm. h.t. n. 1. Setſer. lib.3. c.1. n.3. & ſeq.* Dicitur autem juramentum calumniæ, vitandæ ſcilicet, vel propter calumniam vitandam; non verò committendam, uti talis modus loquendi haut infrequens eſt, & ejus exemplum in ſacris etiam reperitur *1. Corinth. 7. v. 12.* unusquisque propter fornicationem h. e. evitandam, habeat uxorem. *Joann. de Arnol. in ſua pract. judic. n. 20. Marant. Socin. in rubr. C. h.t. Sebaſt. Brand. in expoſit. juris civil. h.t.*

(*b*) Sapientiſſimos enim & prudentiſſimos Legumlatores quovis tempore temerarios litigatores ſeverè cohercuiſſe, Athenienſium oſtendit παρακαταβολὴ & decimaria cautio, quam apud Romanos uſitatam fuiſſe legimus. *§. 1. Inſt. de pœn. temer. litigant. ubi Dd. & Hottom. in comment. verb. juris. verb. calumniæ Cicer. in Orat. pro S. Roſcio Amerin. Weſemb. in Parat. C. h.t. n.5.* cui ſucceſſiſſe videtur juramentum calumniæ, ut ejus timore litigantium audacia compeſceretur *pr. & §.1. §. hoc autem. Inſt. d. t. l.1 l.2. §. quod obſervari. 2. C. h.t.* & ut quisq; ſyncero animo & obtinendi fiduciâ ad judicium accederet. Setſer. *d. tr. lib.3 c.2. n.9.* calumnioſæ lites omitterentur, Partes probationibus exonerarentur, veritas cauſæ manifeſtaretur. *Brecht. in compend. proceß. d. c. 10.*

*d.c.10.fol.mihi.86.per Novel.49.c.quia igitur.3.* Quamvis proh dolor quotidiè noſtrâ hâc ætate magis ob calumniam committendam, quàm vitandam jurent litigantes, *Alberic.Marant.Socin.in rubr.C.h.t.n.1.Specul.eod.tit.§.1.n.8.* cùm tanta fallacitate & levitate hoc juramentum paſſim tàm à Partibus, quàm eorum Procuratoribus præſtetur, ut planè in contemptum abierit juſjurandi religio. *Socin.in c.cæterum.n.8.h.t.Gail.lib.1.obſerv.85.n.4.* Quod etiam Bald. annotavit in *l.ſi poſt perfectum.n.1..C de evict.* dicens: juramentum calumniæ hodie ne obulo quidem æſtimari, quia facti ſumus contemptores Dei, & religionis *l. quæ ſub conditione.8.D.de condit. inſtit. Marant. in Specul.aur.judic.p.6.h.t.n.11.* graviter Weſemb.in *Parat.C.h.t.n.5.*

V.

Ubi obiter quæri ſolet, cui juri, an divino, vel gentium, an civili hoc juramentum ſit aſſcribendum? quâ in parte illorum placet ſententia, qui illud quà formam juri civili adſcribunt.

*Obrecht. de jurament. calumn.c.3. per tot.* præcipuè *n. 12. Sether.lib.3.c.2.n.2.* Quamvis enim negari nequeat, hujus juramenti uſum apud alias gentes quoq; fuiſſe: tamen primùm civili quâdam ratione in Rempub.Roman.; deinde ſpeciali lege Juſtiniani in *d.l.1.& 2. C.h.t.* invectum & certâ ſolennitate donatum eſt, *arg.* eorum, quæ tradit *Gœdd.in tr.de contrah.& committ. ſtipul.c.2.n.21.*

VI.

Duplex autem eſt juramentum calumniæ: Generale & Speciale *a* Illud dicitur quo juratur in initio *b* litis, nihil in toto negotio calumniæ causâ factitatum iri.

(a) c.1.

(a) Cap. 1. in pr. h. t. in 6. Bart. in l. 2. n. 17. C. eod. Treutler. vol. 1. diſp. 21. th. 3. lit. C. Beuſt. in rubr. de jurejur. n. 175. Setſer. lib. 3. cap. 1. n. 8. Guiliel. Haneton. tr. judicior. t. de jurament. calum. n. p. 2. pag. 28. quo etiam inclinare videtur N. G. O. tit. 33. von Eydt Malitiæ in pr. Weſemb. in Parat. C. h. t. n. 4. Etſi enim olim in ſingulis judicii actibus ſpeciale exigi ſolebat. l. 1. C. h. t. l. de die. 8. §. jubetur. 5. D. qui ſatisdar. cogant: hodie tamen, ne ſæpius in una cauſa præſtetur, proviſum eſt. auth. in iſto. C. eod. Novell. 49. c. pen. Dd. in c. fin. Extr. eod. Specul. eod. §. nunc dicam. Emeric. à Rosbach. in ſuo proceß. civil. tit. 50. n. 3. (b) l. inter cohæredes. 44. §. qui familiæ. 4. D. famil. hercisc. Regulariter fieri debet in litis exordio primo, h. e. in, vel ſtatim poſt, non verò ante litis conteſtationem. l. 2. in pr. & §. ult. C. h. t. t. Novell. 49. c. 1. Nov. 124. c. 1. & c. pen. Ext. eod. Gail. 1. obſ. 74. n. 12. & obſ. 85. n. 1. Hoc tamen non eſt de ſubſtantia ordinis judiciarii, cùm in quolibet litis articulo (modò antequam fuerit concluſum) ut de calumnia juretur, exigi queat. cap. 1. in pr. eod. in 6. Cammer G. O. p. 3. t. 13. §. deßgleichen ſo der Eydt vor gefehrte/ Hartm. Hartm. practic. obſerv. t. 10. Jaſon. in repetit. l. admonendi. num. 81. & ibid. Curt. n. 75. D. de jurejur. Weſembec. in Parat. C. hîc num. 9. Del-Re hîc, cap. 10. lit. F. Niſi forſitan judici ſederit, illud ex officio, nullo habito reſpectu temporis, etiam poſt concluſionem cauſæ exigere. Marant. in ſpecul. h. t. n. 3. Speckhan. cent. 2. claß. 4. q. 26. ad fin. Sigiſmund. Scaccia tr. de judiciis. lib. 2. c. 1. n. 21. & ſeqq. Cæterùm in foro Saxonico juramentum hoc generale locum non invenit, ſed tantùm ſpeciale (de quo ad calcem hujus exercitii) Lehenrecht / c. 68. in fin. König in ſuo proceß. c. 67. n. 2. Schneidw. ad §. 1. Inſt. de pœn. temer. litig. Weſemb. d. tit. n. 4. Beuſt. d. loc. num. 181. Mauſer. in proceß. verſ. nunc tranſeamus. verſ. aber nach Sächſiſchen Recht / N. G. O. d. t. Treutler. d. diſput. 21. theſ. 3.

VII.

Præſtant autem hoc juramentum *a* partes ipſæ principales, eorum heredes *b*, Pro-

curatores *c*, Advocati *d*, nec non tutores *e*, curatores, & alii *f* legitimi administratores.

(a) *d. l. cum & judices. 2. §. ſed quia in fin. C. h. t. auth. principales. eod.* modò legitimam ſtandi perſonam in judicio habeant, ſive ſit actor, *§. item actores. ibiq; Dd. comm. Inſt. d. t.* ſive reus. *§. ecce. eod. Marant. d. p. 6. t. de contumac. n. 4. Rosbach. d. t. n. 5. Ludovic.* Gilhauſſen *in arb. judic. c. 5. ram. 8. n. 7. & 8.* Ayrer in hiſtoriſchen Proceß. *p. 1. cap. 11. obſerv. 2. n. 6.* (b) *d. auth. principales. ubi gl. in verb. migraverit. C. h. t. arg. l. qui bona 13. §. ſi quis. 12. D. de damn. infect. Weſemb. conſil. 13. n. 31. lib. 1.* Eſt enim credulitatis non veritatis; opinionis, non ſcientiæ; quod heredes ſalvâ conſcientiâ præſtare poſſunt, etiamſi probabilem ignorantiam factorum defuncti prætendere poſſint, *l. qui in alterius. 42. D. de Reg. Juris* Ayrer *d. loc. n. 21. Setſer. d. lib. 3. cap. 3. n. 46. Toming. deciſ. 45. per tot.* Quod & in foro Saxonico practicatur, vigore conſtitutionis Electoris Auguſti. *24. p. 1.* ſive res, de qua controvertitur, adveniat ipſis jure particulari ſeu ſingulari, ut puta donatione, legato; ſive univerſali, ut ſucceſſione vel ab inteſtato, vel ex teſtamento, bonorum poſſeſſione, arrogatione. *Weſemb. in Parat.* D. *de acquirend. rer. dom. n. 10.*

(c) *d. auth. principales.* qui illud in domini (quo caſu ſpeciale mandatum requiritur *c. ult. Extr. eod. cap. fin. eod. in 6. Faber, in l. 1. n. 3. de probat. Gail. d. obſerv. 83 n. 2. Burſat. conſil. 723.* niſi forſitan in mandato hujus juramenti præſtandi mentio fieret, quo in caſu alia commiſſio non exigitur. *Rutger. Ruland. in tr. de commiſſ. p. 1. lib. 2. cap. 14. n. 8. Scaccia d. c. q. 19. n. 185. & ſeq.* adeò ut ne conjuncta perſona ſine illo admittatur. *Scaccia d. loc. q. 21. n. 260. Setſer. d. lib. 3. cap. 3. n. 99.*) & in propriam animam præſtare tenetur. *c. ult. Extr. h. t. ubi gl. verb. ab ipſis. Coſtald. ad l. 2. n. 3. C. eod. gl. in auth. principales. verb. migraverit, Rota, deciſ. 1. & 2. h. t.* CammerG. O. *p. 1. t. 69.* (Cujus rei ratio reperitur apud Dd. quod procuratores non minus, quàm principales ipſi calumniari poſſunt, cauſam injuſtam ſcientes

defen-

defendendo &c. *per l. rem non novam. 12. §. patroni autem. C. de judic. Bart. in l. non ſolum. n. 5. D. de procurat.* ) *l. qui bona. 13. § ſi alieno. 13. D. de damn. infect. Bart. d. l. cum & judices 2. §. fin au- tem. 1. c. 3. §. fin. Extr. h. t. Beuſt. ad rubr. de jurejur. n. 184. Gail. 1. obſerv. 83. num. 1. obſerv. 88. num. 20.* Ayrer *d. loc. num. 7. 8. & 14.* Gilhauſſen *d. loc. n. 17.* In Camera tamen Imperiali, ſi noluerit procurator hoc jurare juramentum in animam propriam, & exonerationem petierit, citatio decernitur ad videndum ſe exonerari. *Præjud. Cameral. §. juramentum calumniæ verſ. ſi procurator.* Unde & ipſæ Univerſitates, Civitates, Corpora, Collegia, cùm jurare per ſe non poſſint, ſiquidem neque intellectum, neque animam habeant, *arg. c. gravem. Extr. de ſentent. excommun. c, ſicut vir. & ibi gl. 7. q. 1.* delatum juramentum per Senatores & eos, qui negotium optimè cognitum habent, præſtant, *l. municipibus. 97. D. de condit. & demonſtr. l. 2. §. 5. C. h. t. c. 4. Extr. h. t. Novell. conſtit. Elect. Auguſti. 13. p. 1. ubi D. Moller. n. 2. Beuſt. ad d. rubr. n. 71. Coler. p. 1. deciſ. 115. n. 13. Rauchbar. p. 1. q. 8. n. 13. Scaccia q. 17. n. 48. & ſeqq.* Rutger. *Ruland. in not. ad proceſſ. Johann. Ferrar. lib. 2. cap. 2. ad §. proinde. fol. 89. lib. 3. cap. 3. num. 44. Setſ. lib. 3. c. 3. n. 44.*

(d) Et quidem utriusq; partis. *§. utriusq; Inſt. de pæn. temer. litig. l. cùm & judices. 2. in fin. pr. & §. ſed quia veremur. in fin. C. h. t. d. l. rem non noam. §. patroni 4. C. de judic.* idq; tanto magis in Advocatis & procuratoribus ac ſimilibus requiritur, quantò melius calumniari norunt, quàm partes. *l. ab Anaſtaſio. 23. ubi gl. verb. morantur. C. mandat. Weſemb. Parat. C. eod. num. 6;* niſi fuerint ex officio dati, quo caſu non ſunt cogendi ad hoc juramentum deponendum, quoad merita cauſæ. *Gail. obſ. pract. lib. 1. obſerv. 88. n. 8. & 9. Rosbach. d. t. num. 6.* Gilhauſſen *d. ram. 8. n. 15.* Hodie tamen multis in locis in initio ſui officii ſemel, non verò in cauſis ſingulis jurant. *Weſemb. in Parat. d. t. n. 6. verſ. præterea* Ayrer *d. loc. n. 12.* quod etiam expreſsè in curialibus judiciis hujus Electoratus ſancitum invenitur, (ne forſitan religioſiores abſterreantur advocationibus, quas publicè intereſt præ aliis huic rei operam dare. *d. l. rem non novam. 14. C.*

*de judic. l. ſervum. 33. §. publicè. 2. D. de procurat.* & melioribus improbi nullius conſcientiæ ſuccedant *d. l. 14. §. 1. Weſembec. in Parat. d. t. num. 6. verſ. contra. Berlich. tom. 1. concluſ. 21. num. 22.*) Oberhofft. G. O. zu Leipzig *t.* von Eyd der Advocaten / Hoff G. O. zu Wittenberg *eod.*

(e) *d. l. 2. in pr. auth. principales. C. h. t. & ibi Dd. Specul. h. t. §. 3. in pr. Setſer. d. lib. 3. c. 3. n. 103.* non etiam eorum pupilli & adulti, niſi melius eſſent informati, & quidem in præſentia curatoris ſui. *Cynus in d. l. 2. §. quod obſervari. n. 6. ubi gl. in verb. ſcire.* (f) Uti ſunt curator bonorum, Orphanotrophii, Geronotrophii, Oeconomii & alii, de quibus *Anton. de Riol. in tr. de jurament. calumn. n. 359. cum plurib. ſeqq. & latè Scaccia d. loc. n. 194. & ſeq* Sciendum tamen Jus Saxonicum animadvertens procuratores linguoſos, litigioſos, & pauperum delaniatores, non curantes juramenta magis, quàm antiqua & ruinoſa domus fumum, *Camill. Borell. in ſumma deciſ. tit. 51. n. 19. & ſeq.* inveniri, & alias perſonas, procuratorio juramento non ita in conſcientia arctari, nec eo ſatis obligatos ſe eſſe cenſere. *Bachov. ad Treutl. vol. 1. diſp. 21. th. 4. lit. D.* ſancivit, ut hoc juramentum nec non reliqua quæq; non per procuratores & alias intermedias perſonas, licèt ad hoc habeant ſpeciale mandatum; ſed præcisè per partes, cujuscunq; etiam ſint dignitatis, præſtentur. *per text.* Landtr. *lib. 1. art. 6. junct. gl. ad text. germ. ibid. lit. D. cum ſimilibus, cui adſtipulatur* Oberhoffg. O. zu Leipzig *ſub. t.* wenn ein aufgelegter *&c. ibi*, ſoll daſſelbe theil zuvor in eigner Perſon den Eydt des gefehrten ſchwehren / H. G. O. zu Wittenb. *eod. tit. fol. mihi 229. ibi* den Eydt vor gefehrde auch mit eigner Hand / vnd nicht durch einen Ahnwallen zuleiſten verbunden ſeyn / *Conſult. Conſtit. Saxon. tom. 3. p. 3. q. 80.* ejusque præjudicia poſt *Jacob. Schultes in addit. ad Matth. Coler. deciſ. 115. num. 25. & ſeq. Zang. in tr. de except. p. 2. cap. 8. num. 38. circa med.* Excellentiſſ. Dn. Georg. Schultz J. U. D. præceptor meus ſummè colendus in Synopſi *Inſtit. tit. de pœn. temer. litigant. lit. A. in fin.* refert. Et hoc inſuper repetitum & confirmatum in der N. G. O. Anno 1622. edita *tit.* von Eyden derſelben relation &c. §. fin. ibi, es

ſoll

ſol auch ein jeder Eyd/ er ſey für gefehrde / juramentum delatum, ſuppletorium, oder wie er ſonſten genant werden mag/ von den Principalen ſelbſt geleiſtet/ kein Ahnwalt aber/ do er gleich ein Special mandat hette/ hierinne zugelaſſen werden.

IIX.

Excipiuntur tamen quidam propter præſumtionem juris, quam pro ſe habent; uti ſunt Imperator *a*, Reges, Principes, quibus aliqui Procuratorem fiſci *b* annumerant.

(*a*) Et alii ſummam & regalem dignitatem obtinentes. *Obrecht h.t.c. 8. n. 13.* idq; propter ſummam eorum dignitatem & majeſtatem; ſicuti & aliàs qualitas perſonæ calumniæ præſumptionem excludit. *Decius, conſ. 175. n. 5. Alexand. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. n. 11. & 14. C. de judic. Setſer. d. lib. 3. c. 3. n. 110. Oſwald. Hillig. ad Donell. 24. c. 3. lit. m.* (*b*) Cùm enim Cæſaris & Imperii nomine ex generali mandato legis cauſas peragat. *l. 1. de offic. Procurat. Cæſar.* meritò ei propter majeſtatem mandantis parcitur. Sicuti & aliàs calumniari non præſumitur, quem officii neceſſitas excuſat. *l. cum quædam 16. C. de adminiſtr. tutel. l. ſi cautiones. 2. C. qui accuſar. non poſſ.* Matth. *de Afflict. in c. cùm enim. 2. de conſuetud. recti feudi. Mynſing. cent. 1. obſ. 74. Gail. lib. 1. obſ. 90. n. 1. Ruland. de commiſſ. Camer. p. 1. lib. 2. c. 14. n. 10.* dummodò agat in cauſis fiſcalibus, etiamſi pars adverſa id exegerit. *Lucanus de fiſco ejusq; privilegiis. p. 1. pr. n. 79.* Gilhauſſen *d. ram. 8. n. 17. Obrecht. h. tr. c. 6. n. 29. & ſeqq. Græveus. 1. concl. 90. conſid. 1. Hillig. d. c. 3. lit. L.*

IX.

Non minus excipiuntur parentes *a*, patroni, ne juramentum calumniæ præſtent, ſi cum filio, vel liberto ipſis lis ſit: non

tamen *b* contra: Dominus feudi & vaſallus. *c*

(a) *l. ſi patronus. 16. ubi Gothofred. D. de jurejur. l. de die 8. §. pen. D. qui ſatisdar. cogant. l. qui bone. 13. §. ſed ſi. 14. D. de damn. infect.* ſive pater, ſive mater, cùm una omnibus parentibus ſervanda ſit reverentia. *l. parentes. 6. D. de in jus vocand.* ſive patroni, ſive patronæ, nam & his honor maneat in omnibus illibatus atq; intactus. *l. 2. C. qui & adverſ. quas in integr.* Adverſatur enim hoc reverentiæ ipſorum, ut hi, quibus ea debetur, in ſuſpicionem, cùm aliâs parentes plus timeant in filiis, quâm in ſe ipſis *l. iſti quidem. 8. in fin. D. quod met. cauſ.* imò magis periclitentur per filios, quàm ipſi filii. §. *fin. Inſt. de noxal. action.* calumniæ vocentur. *l. honori. 2. l. parens. 5. l. licet. 7. §. ne deferentes 3. D. de obſeq. parent. & patron. præſtand. Donell. lib. 24. comm. c. 21. & eod. tr. c. 13. n. 1. & 2. Cujac. lib. 9. obſ. c. 37. Forſt. lib. 1. de interpret. jur. c. 2. n. 15. Obrecht. d. tr. de calumn. jurament. c. 5. n. 21. & ſeq. & Dd. communiter. in l. jusjurandum, ubi Jaſon. n. 4. Salic. n. 5.* Caſtrenſ. *n. 2.* Fulgoſ. *n. 3. Alexand. n. 3. D. jurejur. Caſtrenſ. in l. quoties. n. 1. & 3.* Ayrer in Hiſtoriſchen Proceß. *p. 1. c. 11. obſ. 2. n. 31. Bachov. d. θ 4. lit. C. Boer. deciſ. 243. Umm. diſp. 12. n. 35.* Si tamen parentes cum tertio aliquo de bonis adventitiis egerint, non poſſunt ſub prætextu reverentiæ hanc religionem de calumnia juranda effugere, ſed itidem ut alii præſtare tenentur. *l. 2. §. ſin a. 7. C. h. t. Specul. d. tit. §. reſta. n. 5.* (b) *Donellus d. loc. Obrecht. d. c. 6. n. 5. Hackelmann illuſtr. qq. diſp. 13. th. 19. lit. B. Ummius d. n. 25. ad fin. Harpprecht. ad §. 1. Inſt. de pœn. temer. litigant. n. 54.* Ceſſat enim ratio diſpoſitionis, meritò ergò & ipſa diſpoſitio; & cùm conditio perſonæ & certa cauſa locū facit beneficio, ubi perſona & cauſa deficit, deficit & beneficiū *l. in omnibus 69. D. de Reg. Jur.* quod hîc accidit. *Duar. in prior. comm. de jurejur. c. 4.* Ayrer *d. loc. in fin. Treutl. vol. 1. diſp. 21. θ. 4. lit. C.* (c) *per text. in c. 1. §. in quibus. de conſuetud. rect. feud. 2. feud. 33. Cujac. lib. 4. feud. tit. 36. Donell. in tr. de jurejur. c. 13. n. 2. & ſeq. Sonsbec. de feud. p. 14. n. 35. Borch. tr. de feud. c. 10. n. 39. Mozzius. de natural. feud. n. 129. Roſenth. de feud. c. 12. concl. 49. Vultejus lib. 2. c. 3. n. 6.*

*Weſemb. de feud. c. 17. n. 11.* modò vaſallus fidelitatem Domino juraverit. *Matth. de Afflict. in prælud. conſtit. Neapol. q. 12. n. 8. Hart. Hartm. lib. 2. pract. obſ. t. de feud. conſuetud. Roſbach. in ſuo proceſſ. eod. n. 8.* aliàs lite inter Dominum & vaſallum ortâ, vaſallus de calumnia jurabit. *gl. in d. c. unic. §. in quibus & ibi Alvarot. Borchold. d. c. n. 40.* uti & Dominus. *per d. §. in quibus*, ubi ratio aſſignatur, nimirum, quod juris quis in alium ſtatuat, ut ipſe eodem jure utatur neceſſe ſit. *l. 1. D. quod quisq; jur. Ariſt. 5. Ethic. 5.* Si verò inter duos vaſallos lis fuerit de re aliqua feudali, uterq; ſecundum jus commune, cùm hîc nihil mutatum reperiatur in conſuetudinibus feudorum. *c. unic. in fin. pr. de feud. cognit. 2. feud. 1.* de calumnia jurabit. *Vultejus, d. loc. c. 3. n. 8. Harppr. d. loc. n. 57. Obrecht. hîc. c. 7.*

## X.

Imò qui aliàs ob perfidiam à jurejurando *a* rejiciuntur, ut *b* excommunicati, *c* banniti *d* & ſimiles *e* de calumnia juranda ſunt cogendi. Judex tamen de levitate ſuſpectum non facilè admittere *f* debet.

(*a*) Quia ſemel malus, ſemper talis præſumitur. *c. ſemel. de Reg. Jur. in 6. c. 4. §. fin. in fin. Extr. de pignor. cum ſimilib.* in eodem ſcilicet genere delicti. *Everhard. à Middelb. in topic. leg. loc. à temp. ad temp. n. 1. & 2.* Unde qui ſemel pejeraverit, eum amplius pejeraturum præſumitur. *c. non poteſt. 2. q. 7. gl. in c. parvuli. 22. q. 5. c. per tuas. 32. verb. adulterii. Extr. de Simon.* Ayrer *d. p. 1. c. 7. obſ. 7. n. 1.* (b) *gl. in d. c. parvuli. & ibi Archidiac.* Eſt enim juramentum hoc oneris. *text. in c. cùm in Eccleſiis. Extr. de major. & obedient. & ibi Panorm. & alii gl. in c. cùm inter. de except.* & ideò id, quod pœnæ cauſa inductum eſt, præmii effectum habere non poteſt. *arg. l. ſive hereditaria. 22. D. de negot. geſt. l. ſi quis ſolidum. 72. D. de hered. inſtit.* Gilhauſſen *in arbit. judic. c. 5. ramus 8. n. 15*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643689-p0017-7

*n.15. Setſer.d.lib.3.c.3.n.52.* (c) *gl.in c.pen.verb.per Procuratorem. verſ.ſed ſi.Extr.h.t.Speculat. de juram.calumn.§. reſtat. n.15.* Gilhauſſen/ *d. loc.* (d) *Socin.in cap.pertractand.n.50.Extr.h.t.* Gilhauſſen *d.loc.* per rationem ſupra hac theſi lit.B. adductam. (e) ut hæretici & Judæi, nec hi enim civi Romano litem moventes, aut ipſi litem excipientes à tali juramento relevantur. *Ant. de Re.in tr.de jurament.calumn.c.15.n.159. & ſeqq. Wurmbſ. lib.1. t.14. de juram. obſ.6. Setſer.d.lib.3.c.3.n.59.& ſeqq. & alii,* quos latè recenſet Gilhauſſen *d. ramuſ.n.15. Speculat. h. t. §.reſtat. per tot.* (f) Imò ſi ſciens pejeraturo imponeret, homicidam vinceret; quia homicida corpus tantùm occidit, ipſe autem animam, imò animas; & ejus animam, quem jurare provocavit, & ſuam, ut dicit *text.22.q.5.c. ille qui & ſeq.arg.22.q.1.c.ita ergò.c.clericos 3. Extr. de cohabitat. cleric. & mulier.*

## XI.

In quibus autem cauſis hoc juramentum locum inveniat, quæſtionis eſt? ubi ſciendum, regulariter in omnibus cauſis, *a* cùm ordinariis, tùm ſummariis *b*, præſtandum eſſe.

(a) *l.1.in pr.l.2.in pr. C.h.t. Speculat.h.t.§.2.pr.* modò illæ civiles. *Speculat.h.t.§.eſt autem.n.12.* ſive eæ modicæ. *Speculat.h.t. §.2.n.10.Panorm.in c. inhærentes.n.14.in pr. Marjan.Socin. in c. cùm in cauſis.n.5.Extr.h.t.Scaccia q.18.n.146.* ſive magnæ ſive compromiſſoriæ. *l.rem non novam.12.in pr. & §. patroni.in pr.C. de judic. Scaccia.n.154.* ſive mixtæ. *Socin.in c.literas.n.6.verſ.ſexto procedit, & ibi gl.in verb. Spiritualibus, verſ.aliæ mixtæ.* Ayrer *in proceſſ. p.1. c.11. obſ.2.n.19.* imò etiam in criminalibus, ut nonnulli autumant; idq; propter generalitatem *in l.1.ibi, ſive propter quicquam aliud, in quo neceſſitas probationis incumbit. C.h.t,c.1.§.præterea. verſ.ſeu criminalis* ibiq; *gl.c.literas.2. & ibi gl.in verb.Spiritualibus. Extr. h.t.Clarus libr.5.ſent. §.fin. q.18.n.3. Treutl.vel.1.diſp.21.th.4. lit.A.*

*tit. A. Herman Vultejus, lib. 2. Jurispr. Rom. c. 31. n. 60. Wurmbſ. tit. 14.*
*obſ. 4.* Verior tamen negantium eſt opinio, cui etiam inhære-
mus *per Novell. Leon. 97. & 107. c. fin. pr.* cùm ſufficiat in hiſce in-
ſcriptio ad ſimilitudinem ſupplicii. *l. ult. C. de accuſat. & inſcript.*
*cum ſimilib. Cujac. Novell. 49. in fin.* Nec obſtat, hodie ſolennita-
tem illam in accuſando in deſuetudinem abiiſſe; non tamen
ſimul abiit iſtius effectio: nam etiam nunc absq; inſcriptione
legis calumnioſè accuſans ad eandem pœnam ſe obligat. *l. pen.*
*& ult. C. de calumniat. l. ult. C. de accuſat. Bald. in d. l. 2. n. 7. Caſtrenſ. in*
*d. l. 1. n. 9. C. h. t. remiſſivè Hippolit. de Marſil. in l. maritus. n. 61. D. de*
*quæſtionib. Weſemb. in Parat. C. h. t. n. 7.* Ayrer *d. obſ. 2. n. 27. Obrecht.*
*hîc c. 8. n. 19. &c. Dn. Harpprecht. ad tit. Inſtit. de publ. judic. in pr. n. 12.*
*Sichard. ad l. 1. n. 6. & ſeqq. C. h. t. Setſer. lib. 3. c. 4. n. 9.* (b) *Clem.*
*ſæpe. §. citationem de V. S. Harppr. ad t. Inſt. de pœn. temer. litigant.*
*§. 1. n. 70. & ad t. de publ. judic. in pr. n. 12. &c. Bart. in l. 2. n. 13. C. h. t.*
*Panorm. in c. inhærentes. n. 14. in pr. Extr. de jurament. calumn.* licet
in ſummariis non de neceſſitate ſit litis conteſtatio, nihilomi-
nus juramentum de calumnia poſt narrationem & reſponſio-
nem rei, quæ æquipollent conteſtationi, præſtandum eſt. *Secun-*
*dum Zangerum in tr. de exception. p. 1. c. 2. n. 7.* Gilhauſ. *d. ramuſ. 8.*
*n. 8. Marcell. Cala. tr. de modo articulandi gl. 3. § 1. in verb. ſine figura*
*judicii. n. 81. &c. Setſer. d. lib. 3. c. 4. n. 4. & ſeqq. Scaccia q. 18.*
*n. 141. &c.*

## XII.

Occaſione hujus haut incongruè quæritur, quid de cauſis ſpiritualibus *a* & matrimonialibus *b*, num in illis hæc jurisjurandi ſpecies admittenda ſit? Affirmatur, maximè ſi poſſeſſorio *c* judicio agatur.

(*a*) In ſpiritualibus olim propter rationes à gl. adductas
inus tamen firmas *in c. 1. § fin. verb. juramentum h. t. in 6. c. 2.*

*Extr. eod.* non de calumnia; ſed de veritate dicenda, *c. dudum. 54. ubi gl. verb. de veritate. Extr. de election.* præſtabatur. Poſtea autem videbatur fortius, (ut gl. dicit *in c. literas. verb. ſpiritualibus.*) jurandum de calumnia in hujuſmodi ſpiritualibus cauſis, quàm in civilibus, quia gravius eſſet periculum, ſi calumniosè quis litiget. Circa majora enim mala, majus periculum vertitur, & ideò cautius agendum. *7. q. 2. c. ult. & 42. diſtinct. c. quieſcamus.* Deinde etiam creſcente malitiâ hominum factum eſt, ut ſimplici aſſertioni vel negationi vix crederetur. *c. etſi Chriſtus. Extr. de jurejur.* & tandem ut calumniis clericorum, qui frequenter calumniari ſolent, ut dicitur *in c. §. fin. h. t. in 6.* via præcluderetur, Canonica ſanctione inductum, ut ſimul in his de calumnia & veritate juretur. *d. c. 1. §. fin. Weſemb. in Parat. C. h. t.* Ayrer *d. obſ. 2. n. 19.* quod & communi uſu approbatur, atteſtante Gailio *1. obſ. 38. n. 4. Setſer. lib. 3. c. 3. n. 12.* Treutl. d. diſp. 21. *th. 4. lit. B. Bachov. ibid. fol. 796.* (b) *per d. c. 1. §. fin. Beuſt. ad l. 3. in pr. n. 66. D. de jurejur. Harppr. ad §. 1. n. 69. Inſt. de pœn. temer. litigant.* Hodie tamen propter periculum perjurii, cùm fieri nō poſſit, quin una pars litigantium falsò juret, ein Theil muß falſch ſchweren/ cùm duas contradictorias ſimul & eodem modo veras exiſtere impoſſibile ſit, & juramenta magis præcidenda, quàm amplianda propter perjuria. *Novell. 82. c. quia verò. 11.* LandR. *lib. 2. art. 40. gl. in verb.* welchen ſchaden/ Aſſeſſores in Conſiſtorio ſupremo hujus Electoratus non exigunt, ſed loco hujus promiſſionem tantùm à litigantibus de veritate dicenda, cum comminatione pœnæ, ſi aliter res comperta fuerit, poſcunt. *Beuſt. in tr. de Sponſalib. c. 25.* (c) *gl. in c. 2. h. t. c. literas. §. præterea. Extr. de reſtit. Spol. Guid. Pap. deciſ. 1. Treutl. vol. 1. diſp. 21. th. 4. lit. B. Setſer. lib. 3. c. 4. n. 13.*

## XIII.

Ulterius hocce juramentum in prima inſtantia præſtitum, iterandum eſſe in judicio appellationis neglectis Placentini & Azonis opinionibus, reor.

Si

Si modò petatur. *l. 2. in pr. C. h. t. Novell. 49. §. illud. arg. l. qui bona. 13. § . fin. D. de damn. infect. c. 1. ibi, vel quacunq; cauſa. Ext. h t.* cùm & ibi dandus libellus, & lis conteſtanda. *Specul. §. 2. de litis conteſtat.* & alia ſit cauſa à principali, *c. interpoſita. 70. in fin. Extr. de appellat. c. Oſius. 6. q. 4. c. ſi quis Epiſcopus. 2. q. 6.* tùm etiam quod & in cauſa appellationis quis injuſtè litem movere poſſit, licèt in cauſa principali, ſive prima inſtantia, id non fecerit; quin imò id etiam ſuadet. *d. l. qui bona. 13 §. ſi quis ſtipulatus. 12. D. de damn. infect.* & apprimè *c. in appellationis. 2. h. t. in 6. Novell. 1124. c. 1.* Cammergerichts Ord. *p. 3. t. 32.* §. es ſol alsbald. *Wurmbſ. ad c. per tuas. 58. n. 5. Extr. de appellat. Obrecht. h. tr. c. 8. n. 9. Speckhan. cent. 2. claß. 4. q. 28. Scaccia ſæpe d. c. 1. n. 165. & ſeq. Harpp. ad d. §. 1. n. 63. Inſt. de pœn. temer. litig. Weſemb. in Parat. C. h. t. n. 7. Specul. h. t. n. 3. Gail. lib. 2. obſ. 85. n. 1. in fin.* Gilhauſſen *in arb. judic. c. 5. ram. 8. n. 18.* Ayrer in Hiſtoriſchen *proceß. p. 1. c. 11. obſ. 2. n. 18. Brecht. in compend. proceß. jud. c. 10. §. in cauſa. Rosbach. in proceß. ſuo jud. h. t. n. 7. Setſer. lib. 3. c. 4. n. 27.* Verùm hoc uſu non obſervatur, niſi ſicubi moribus ſingulariter receptum ſit, teſte poſt Mynſingerum Weſembecio *conſ. 1. n. 32.*

## XIV.

Quo ordine verò *a* juramentum hoc præſtandum quæritur? & prius juret actor *b*, poſtea reus *c*: Interim invento ordine inverſo actus irritus non efficitur. *d.*

(*a*) Præmiſſis cauſis, in quibus de calumnia jurandum, ordinis ratio, (quæ plurimùm habet momenti, tùm in dicendo, tùm in proferendo, tùm in conjecturando; *Everhard. à Middelb. loc. ab ordin. in pr.*) requirit, ut de ordine etiam quid dicatur; cùm ſcire quid facias, neſcire autem, quo ordine, non eſt perfectæ cognitionis. *Ambroſ. & poſt eum Bald. in conſil. ſchiſmat. poſito in rubr. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. & in pr. conſtit. Digeſtor. Everh. à Middelb. præalleg. loc. n. 6.* (b) *l. 2. in pr. verſ. actor. C. h. t.*

auth. hoc Sacramentum. C. eod. §. item actoris Inſt. de pœn. temer. litigant. Chilian. Goltſtein in enchirid. proceſſ. fol. mihi 44. olim tactis ſacroſanctis Scripturis. l. 1. in fin. & d. l. 2. in pr. C. h. t. Hodie autem ſufficit ad acta jurari. auth principales. §. 4. ibi ſub geſtis monumentorum. verſ. ſub. præſentia ſacri ſenatus. d. l. 2. §. ſin a. ve ſ actis intervenientibus; item verſ. inter acta juramentum præſtet, § hoc etiam. 4. verb. inter acta. publicè præſente parte ad hoc citatâ ( excepta muliere ob ſexus verecundiam. l. alienam. 18. C. de procurat. l. ad perſonas. 15. D. de jurejur. quæ coram officialibus, etiam abſente adverſario jurat, auth. principales. C. h. t. quæ ob honeſtatem vitæ, extraneis viris ſe monſtrare non conſuevit, Novell. 124 c. 1. verſ. ſi vero) d. auth. principales. verſ. una earum abſens, l. 2. §. ſin autem. ubi. gl verb. abſente C. hîc. judice. d. l. 2. in fin. pr. d. auth. principales ibi coram judicibus. §. 1. verſ. ſub præſentia ſacri ſenatus. §. ult. verſ. apud judicem provinciæ. §. ſin a. C. h. t. vel præſentibus à judice ad hoc deputatis. d. auth. principales. d. apud judicem provinciæ, aut defenſorem. d. auth. principalis §. ſed ſi partes. 4. d. l. 2. §. etiam. C. h. t. Weſemb. in Parat. C. eod. n. 16. Cujus capita præcipuè hæc ſunt (1.) quod credat ſe bonam cauſam habere, (2.) quod interrogatus non negabit, quod verum eſſe credit, (3.) quod non utetur falſâ probatione, (4.) quod dilationem non petet in fraudem, (5.) quod non dedit, nec dabit, nec promiſit, nec promittet aliquid pro cauſa, niſi illis perſonis quibus LL: dare permittunt. Cammergerichts. O. p 1. t 65. Obrecht. in tr. de juram. calumn. c. 10. Speckhan. cent. 2. claſſ. 4. p. 21. Petr. Gilken. ad lit. C. hîc n. 2. & ſeqq. tit. Scaccia lib. 2 c. 1. q. 7. Camill. Borell. in ſumma deciſ. tit. 51. n. 7. Setſer. d. lib. 3. c. 5. n. 1. Weſemb. in Parat. C. h. t. n. 8. Gilhauſſen d. ram. 8. n. 6. Speculat. h. t. §. nunc dicamus. 4. per tot. Admodum Reverendus Frideric. Balduin. in caſib. conſcient. lib. 2. c. 10. circ. fin. Bart. & Dd. in d. auth. principales. Bald. in l. 2. eod. Marant. p. 6. h. t. n. 10. Quæ poſt gl. in d. l. 2. §. quod obſervari. 2. C. h. t. Juſtus Vultejus Hermanni parens hiſce verſiculis concinnè incluſit:

(1.) Juro meam litem mihi fultam jure videri;
(2.) Nec celaturum, ſi qua rogatus ero;
(5.) Nec promiſſurum; (3.) neq; cauſæ falſa levandæ
Dicere; (4.) nec litem ducere velle meam.

Hermann. Vultejus *lib. 1. Juriſpr. Rom. cap. 31. num. 88.* Forma autem, quâ fieri ſolet, pro qualitate rei ſubjectæ, perſonæ, & judicii varia eſt. Aliâ enim forma jurat Judæus, Cammer G. O. *p. 1. t. 86.* Ordnung vnd form der Juden Eydt *Mynſinger. cent. 6 obſ. 20. Beuſt. in rubr. de jurejur. num. 219.* cujus formulam Wurmbſerus recenſet. Aliter in cauſa ſpirituali, cujus formula videre eſt apud *Speculat. h. t. §. nunc dicamus. 4. n. 6.* Aliud juramentum in Camera Imper. dandorum & reſpondendorum, cujus formulam vide ſi placet apud *Teuberum in inſtruct. c. 14. Termin. in ſuo proceſſ. c. 210. n. 4. 5.* Aliter procurator rei deponit. Formula tamen communis pro actore habetur in Gilhauſſen *d. ram. 8. n. 7. Teub. d. loc. hoc modo*: Jch N. N. ſchwere / daß ich in Sachen wieder N. N. glaube eine gute Sache zuhaben daß ich auch keinen gefehrlichen vorſchub der Sachen begehre / vnd ſo offt ich im Rechten befraget / die Wahrheit nicht verhalten will / auch in dieſer Sachen niemands anders / dann denjenigen / ſo daß Rechte zuleſſet / ichts geben oder verheiſchen will / damit ich daß Vrtheil erlangen oder erhalten möge / alles trewlich / vnnd ſonder gefehrde / nonnulli annectunt So wahr als mir Gott helffe vnnd ſein heiliges Wort / (c) *l. 2. §. 1. & ibi ordinatè Bart. tradit. C. h. t. Chilian.* Goltſtein. *d. fol. 44. Brechter. in compend. proceſſ. c. 10. fol. mihi. 93. Rosbach. d. t. 50. n. 11. Beuſt. in tr. de jurejur. rubr. n. 184. Termin. d. c. 210. n. 1.* exiſtimans ſe bonâ inſtantiâ, §. 1. *Inſt. de pœn. tem. litigant.* vel potius conſcientiâ, *Novell. 50.* ut Theophilus interpretatur *ad d. §. 1.* defenſione juſtâ. *Vultejus lib. 1. Jurisprud. Rom. 31. n. 58.* pervenire ad reluctandum *d. l. 2. in pr.* vel contradicendum. *Bald. in d. l. 2. n. 3. Weſemb. in parat.* C. *h. t. n. 2.* & iisdem capitibus conſtat, uti ſuperior ex parte actoris, per ſupra allegata. In Camera autem Imperiali nihil intereſt, ſive id fiat per partes principales, ſive per earum procuratores in animam ipſarum, ſpeciale tamen ad jurandam calumniam mandatum habentes. Cammer G. O. *d. p. 1. c. 65. Gail. lib. 1. obſ. 83. n. 1.* an & quatenus hoc in noſtro foro Saxonico moderno obtineat, dictum eſt ſupra *th. 8. lit. k.* (d) Quia talis ordo non eſt de ſubſtantia, ut ante dictum, hujus actus, ſed levis &

 ſcrupu-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643689-p0023-0

ſcrupuloſa quædam ſolennitas; meritò ergò ſine nullitatis periculo interverti, omitti, negligi poterit, *arg. l. 1. §. fin. D. de inſpiciend. ventr. Everhard. in top. logali loc. ab ordine. & loco à defect. form. n 7.* Ut tamen omnis litigandi via præcluderetur, nec lites inde fierent immortales, *contra c. fin. Extr. de dol. & contumac.* inutilesq́; impenſas impendere cogerentur partes, conſultius eſſe formam in *l. 2. C. h. t.* præſcriptam non everti, ſuadet Everhard. Speckhan. *cent. 2. qq. claß. 4. q. 25.*

XV.

Licet autem hoc juramentum regulariter in judicio vel coram actis ſit præſtandum *a*: hoc tamen, ad perſonas egregias *b*, valetudinarios *c*, mulieres *d*, extendendum non eſt; ſed Judicem ad domum earum mitti, ut jurent *e*, oportet *f*.

(a) Per allegat. in explicatione theſeos præcedentis lit. B. (b) aliàs ſpecioſæ dicuntur *l. ſpecioſas. 100. D. de V. S. & ibi Alciat.* ob dignitatem, quam gerunt, *l. 2. §. ſin autem. C. h. t.* ut ſunt Cardinales, *Roman ſingul. 169.* Epiſcopi, *gl. in l. 15. D. de jurejur. & ibi Dd. communiter.* Doctores LL. quorum ſcientia totus illuminatur orbis. *auth. habita. C. ne fil. pro patre,* & eorum familia, *d. gl.* Advocati, *Bart. in l. 1. C. de advocat. diverſ. judic.* Præsbyteri, *Speculat. in tit. de teſte.* Et inter ſeculares Imperator, Electores, Comites, Illuſtres, Barones, (quibus & hiſce in terris parcitur, ut non in publico in den Rathſtuben / verùm privatim in den Audientzſtuben jurent vigore Sereniſſ. Electoris Johan Georg. R. G. O. *tit.* von Eyden §. *fin. ibi* jedoch von Illuſtribus perſonis, darunter wir auch Graffen vnd Freyherren verſtanden haben wollen / bey vnſern Hoffgerichte nicht in publico, ſondern in den Audientzſtuben geleiſtet /) & alii, quos Judici inter perſonas egregias referre placuerit. *Menoch. arbitr. jud.*

*jud. qq. lib. 2. cent. 1. caſ. 70.* (c) *l. ad perſonas. 15. D. de jure-*
*jur. Oldendorp. claß. 1. act. 9. n. 2.* Quo tamen non febricitantes,
qui alias ſani & robuſti tempore jurandi leviſſimâ febri corru-
pti fuerint, aut ſi qui tàm veterem quartanam habeant, ut in ea
omnibus negotiis ſupereſſe valeant; *arg. l. 1. §. proinde 8. D. æ-*
*dilit. edict. l. quæſitum. 60. D. de re judicat.* ſed gravi morbo labo-
rantes, nec potentes ſine periculo egredi, vel ut Cujac. *ad l. 8. 9.*
*10. 11. & 12. D. de excuſat.* perpetuâ & pertinaci valetudine adfe-
cti. *l. 1. C. qui morb. ſe excuſ. Schardius & poſt eum Calvinus in Le-*
*xic. juridic. verb. valetudinarius.* veniunt. Senes etiam hocce
privilegium ſibi vindicare non poſſe, monet Rutger Ruland.
*in tr. de commiß. Camer. p. 2. lib. 2. c. 5. n. 6.* quod & ſtylo obſer-
vari dicit Setſer. *lib. 3. c. 7. n. 12.* (d) Per ea quæ ſupra theſi
præcedente lit. B. verſ. exceptâ. dicta fuerunt. (e) Al-
terâ parte vel ejus procuratore *d. l. 2. §. ſin autem. 1. & d. l. 15. l.*
*generaliter. §. pen. ibi, vel per ſe, vel per procuratorem. C. de reb. cre-*
*dit.* citatâ præſente vel contumaciter emanente. *d. §. pen. ibi, vel*
*ſi neutrum horum maluerit. Weſemb. in Parat. C. h. t. n. 8. verſ. quan-*
*quam.* (f) Hoc verbum neceſſitatis immutabilitatem et-
iam in materia judicandi denotat, *Schardius & poſt eum Calvin.*
*in lexic. juridic. verb. oportet.* quo Paulus in d. l. 15. utitur, indi-
gitat, non ita legem exaudiendam eſſe, quaſi hoc tantùm de
gratia & urbanitate, & ſic in voluntate Judicis poſitum, utrũ
ad prædictarum perſonarum domum mittere, an verò illas ju-
randi gratiâ in jus vocare velit, ut à Marciano Riminaldo & a-
liis *ad d. l. 15.* annotatum: ſed Judicem de neceſſitate debere
mittere ad domum, præſertim cùm *d. l.* non in favorem judicis;
ſed partium ſit introducta ſecundum *Dd. communiter. Rutger. Ru-*
*land. d. loc. n. 17. & 18. Setſer. d. lib. 3. c. 7. n. 12.* meritò hoc jus illi-
batum ipſis manet, nec jus favore Legis acquiſitum detrahitur.
contra *§. 2. verſ. dominorum. Inſt. de his, qui ſui vel.*

## XVI.

**Cujus verò ſumptibus id fieri debeat,**

quæ-

quæritur? judicis arbitrio committendum eſſe arbitror.

Idq́; probatur *l. generaliter. 12. §. his de præſentibus. C. de reb. credit.* Si tamen una pars litigantium per procuratorem peteret ab adverſario, ſibi juramentum deferri, adverſariusq́; iſtius petitis ſatisfaceret, petentis ſumptibus actus iſte explicandus venit, qui explicari petiit, *arg. l. cùm ſæpè. 17. C. de erog. milit. annon. lib. 12.* quod etiam obtinet in perſonis egregiis *Capell. Toloſan. q. 100.* Contrà ſi præſens offerat abſenti juramentum, & abſens acceptet, ſumptus & expenſas Judex offerenti injungat reſtituere neceſſe eſt. Cùm offerens ob ſuum commodum jurari petiit. *Bart in l. ſi poſtulaverit. in pr. ad L. Jul. de adult.* meritò etiam expenſas faciet, vigore *l. ſecundum. 10. D. de Reg. Jur.* niſi fortè partes Judici committerent, ut ei cui reſtitui ipſi æquum viſum fuerit, reſtituantur, Judex ab utroq́; ſumptus petat. *Bart. in d. l. ſi poſtulaverit in pr. n. 2.* Uterq́; enim hoc in caſu ad ſuum commodum litem finiri deſiderat, *Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. qq. cent. 3. caſ. 228. Beuſt. ad l. ad perſonas. 15. num. 45. & ſeqq.* D. de *jurejur. Borcholt. in tr. de jurejur. c. 4. n. 14. & ſeq. usq́; ad fin.* Haut injuſtè ergò utriusq́; ſumptibus id fieri, ſuadet illud vulgatum, omnibus, quod imminet, ab omnibus comportetur. *c. accedentes. Extr. de præſumpt.* & contributione omnium reſarcietur, quod pro omnibus datum. *l. 1. l. 2. §. 1. D. ad L. Rhod. de jact. diſtinct. 66. c. fin. c. ſi archiepiſcopus. 6. Extr. de tempor. ordinat.*

XVII.

Exactum *a* juramentum, ſi litigantes non præſtent, actor causâ cadat *b*; reus *c* verò habeatur pro confeſſo *d*; in quo tamen ſententiâ *e* Judicis opus eſſe moramq̀ue *f* purgari poſſe concludimus.

(a) For-

(a) Formam exigendi vide apud Gilhauſſen *d. ram. 8. n. 22. Termin. in ſuo proceſs. c. 225. h. t. n. 6.* (b) *auth. principales. §. pen. & ibi Bart. Bald. ac Dd. C. eod. c. cum cauſa. 7. Extr. de jurament. calumn. Schneidw. §. 1. n. 11. Inſt. de pœn. temer. litig. Marant. de jurament. calumn. n. 6. gl. in c. 2. eod. in 6. Treutl. vol. 1. diſp. 21. th. 4. Weſemb. in Parat. C. h. t. n. 11.* Gilhauſſen *d. ram. num. 13. Rosbach. d. t. 50. n. 14.* Ayrer *d. obſ. 2. n. 23. Speculat. eod. §.upereſt. 5. in pr.* (c) *per alleg. ſupra h. theſ. gl. in c. Imperatorum. 4. c. 7. Extr. de juram. calumn. Donell. tr. de jurejur. c. 13.* Quo etiam aliqualiter inclinare videtur *Novell. Elect. Aug. p. 1. conſtit. 13. §. fin. ibi,* wann aber der ſo einem deferirten Eydt/ ſo den andern/ welcher den fürgehenden Eydt / für gefehrde zuleiſten ſchuldig / citiren lieſſe / vnd derſelbe würde Vngehorſamblich nicht erſcheinen / oder thette ſich des Eydes vor gefehrde weigern / ſo ſoll der deferirte Eydt für geſchworen vnd geleiſtet geachtet / Item R.G.O. *tit. 18.* von Eyden vnd deroſelben delat. §. nach dem. Sub fin. ibi, würde aber auch der deferent auff den fall/ do ſolches von jhm gebührlich gefordert / vnd er hierzu vorgeladen worden / nicht erſcheinen / oder ſich des Eydes vor gefehrde ohne erhebliche Vrſachen weigern / ſoll der deferirte Eydt vorgeſchworen vnd geleiſtet / geachtet. Nec quicquam litigantibus profuerit, licèt votum vel juramentum interpoſuerint, de nullo juramento faciendo. Sibi ipſis enim imputent, quod juraverint, vel voverint: aliâs daretur ipſis facultas eludendi LL. quod minimè fieri debet. *d. l. 2. §. ſed quia veremur. C. h. t.*

(d) *d. l. 2. §. quod ſi. 6. & auth. principales. Gail. lib. 1. obſ. 86. in pr. vide Donell. tr. de jurejur. c. 13.* Hoc tamen minimè procedit in criminalibus, cùm ibi a. probationes luce meridianâ clariores eſſe debent. *l. fin. C. de probat.* (e) Declaratoriâ ſcilicet: quâ non ſubſecutâ, pœna ipſo jure commiſſa haut intelligitur, ſed proceſſus tantum pro nullo habetur. *auth. principales. §. ſi quis. ibi. per ſententiam judicis. l. 2. §. quod ſi actor. 6. ibi, liceat judici ſententiam proferre.* C. *h. t. ibiq. gl. in verbo. cadat.* quod eſt futuri temporis, & inducit Canonem latæ ſententiæ. *Bart. ibi n. 1. Caſtr. n. 2. text. in Novell. 124. c. 1. §. ſi autem verſ. illo videlicet. Socin. ibid. n. 35. & n. 39.* ubi communem dicet Schneidw. *ad §. 1, Inſt. de pœn.*

*temer.litigant.* Quod etiam jure Saxonico hujus Electoratus receptum reperitur. *Novell. Elect. Auguſti p.1.conſtit.12.§.fin.* ibi, vnd darauff erkandt vnd geſprochen werden. & idem repetitur noviſſimè in der R.G.O. *tit.18.§.* nachdem/ ibi vorgeſchworen vnd geleiſtet/ geacht vnd darauff erkandt werden. Niſi una pars litigantium cauſas recuſandi habuerit, *c. ult. Extr. de jurejur. Treutl. d. loc. lit. E.* R. G. O. *d.t.§. fin. ibi*, ohne erhebliche Vrſachen. Cauſæ autem hæ recuſandi oriuntur vel ex facto referentis, ut in caſu *l. jusjurandum. 34. § qui jusjurandum.4.D. de jurejur.* Non tamen pro juſta cauſa agnoſcitur, ſi offerens ſit perſona turpis, aut pejèrare ſolita. *Donell.tr.de jurejur.* Vel ex facto ejus, cui defertur. ſi is nempe referat. *d.l.34.§.datur.7.l.manifeſtæ 38.D. de jurejur. l. delata 9.C. de jurejur.* Vel ex jurejurando ipſo, ſi nimirum id juranti noceat, lædendo pietatem, gravando exiſtimationem, rei familiari damnum inferendo *Donell.d.c.13 n.7.8.in fin.n.9.& ſeqq.* Vel ex facto procuratoris deferentis, ad hoc tamen mandatum ſpeciale non habentis. Si enim talis vellet deferre, teneretur ſi ipſi referatur, præſtare; quod tamē niſi ſpeciale mandatum habuerit, facere minimè potuerit. Vide plura ſi arriſerit apud Gilhauſſen *d.mmuſ.8.n.14* (f) *Cyn. in d.§. quod ſi actor, Caſtrenſ.ibid.n.2.in fin.* modò res ſit integra, & jus rei non ſit effectum deterius, *text.in l.& ſi poſt tres.8.D. ſi quis caution.* per regulam illam vulgatiſſimam in pœnis legalibus moram purgari poſſe ante ſententiam *text.in l.qui cum.14.§.accuſaſſe 8. D. de bon. libert. & in l.in ſervitutem.16.§.petiiſſe.1.D.eod.in l. Papinianus.8.§. meminiſſe.1.D.de in off.teſtam.l. alia cauſa.8. C. de his quib. ut indign. Socin.in d.c.fin.n.38.h.t.* Hæc autem pœna ipſo jure non irrogatur, ut paulo ante dixi. Deinde hîc jus Rei minimè factum eſt deterius, eò quod pœna non jurantis ſententiam declaratoriam requirat per ſup.adduct. Ergò nihil prohibet, quo minus mora purgari poſſit. *Gail.l.obſ.86.n.2.Del-Re hîc c.14.n.167. Setſ. lib.3.c.8.n.3.*

## XIIX.

Hûc etiam non omittendum; num pœna recuſantibus jurare impoſita, tranſeat ad heredes? Sunt nonnulli,

712

nulli, qui id affirmant: nobis tamen negantium opinio magis arridet.

Si modò mortuus fuerit priuſquam pœnæ declaratio ſubſecuta, & heredes ad jurandum ſe paratos offerant; quo, caſu heredibus factum defuncti nihil præjudicat, quia pœna nunquam ad heredes tranſit, ubi ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, ob contumaciam quis pro confeſſo habetur. per *text. in l. ejus qui. 29. in pr. D. de jure fiſci. & ibi Bart. n. 1. Idem in d. l. 2. §. quod ſi actor. n. 6. C. h. t. Caſtrenſ. ibid. n. 2. Lancfranc. in c. quoniam contra. 9. Extr. de probat. Apoſtil. ad Bart. in d. l. ejus qui. Treutl. d. diſp. 21. θ. 4. lit. F. Gail. lib. 1. obſ. 86. n. 6. & 7. Setſer. lib. 3. c. 8. n. 7.*

## XIX.

An Procuratoris contumacia in jurando perpetrata noceat *a* domino? Affirmativâ relictâ, negativam *b* tuebimur.

(*a*) Adeò ut pœna hæc in *d. l. 2. §. quod ſi actor. C. h. t. c. fin. Ext. h. t.* dictata locum habeat, (b) *per text. in l. ſi procurator. 10. C. de procurat. l. ſi quis. 3. §. ſi procurator. 1. & ibi gl in verb. me ſolum. D. quod quisq; juris. & c. l. ſi remunerandi 6. §. ſi paſſus. 1. D. mandat. l. 2. in pr. C. h. t. text. c. 2. §. procuratores. eod. in 6. gl. ibid. verb. ab ipſis. gl. in auth. principales. verb. migrari. C. h. t. Caſtrenſ. in d. l. 2. §. ſin autem. n. 3. Rota deciſ. 1. & 2. de jurejur. calumn. Bart. in l. unic. §. ſi procurator. gl. ſing. in verb. procurator. n. 1. D. ſi quis jus dicent. non obtemp. c. 1. ut lite non conteſt. & ibi gl. lit. B. c. fin. de confeß. in 6. & ibi Ctæ.* Deinde cùm jura exigant procuratorem in animam propriam jurare per ſuprà *alleg. th. 7. lit. C.* ſequitur inde velle, ut ſi juramentum præſtare contumaciter detrectaverit, perſentiſcere teneatur pœnam non jurantis: aliàs juramentum deſtitueretur effectu, contrà *l. 1. §. 2. D. quod quisq; juris &c.* Verba enim ſemper ſic ſunt intelligenda, ut aliquid operentur. *l. ſi aliquando. 109. de legat. 1.* nec alius alieno odio prægravandus, *c. non debet. de Reg. Jur. in 6. l. Procurator. 11. D. de dol. except.* nec alienus dolus alteri nocere. *Novell. 131. c. 8.* & peccatum ſuos tenere debeat autores *l. ſancimus. 22. C. de pœn.* Quod hìc omninò fieret. Secus autem eſt, ſi factum fuiſſet, quo minus juraert, culpa ipſius Domi-

ni. *Treutl. vol. 1. diſp. 9. th. 12. in fin.* & *d. diſp. 21. th. 4. lit. D. Bachov. ibid. Arnold. Reyger. diſp. ad proceſs. judic. 5. θ. 9. lit. B. Grævæus, libr. 1. concluſ. 8. 9. Setſer. lib. 3. c. 3. n. 91.*

## XX.

Juramentum autem hoc tacitè *a* remitti poteſt, non tamen *b* expreſsè; idq́; in tantùm, ut ne quidem juratò facta remiſſio *c* obtineat. Exactum tamen & non præſtitum, totum irritum fieri proceſſum, cum aliis *d* ſtatuimus.

(*a*) Quo tamen caſu diſtinctione opus eſt inter jus Civile & Canonicum. Reſpectu illius, remitti nequit, per *d. l. 2. §. 4. ibi, minimè pati tale juramentum remitti. Vaſq. de ſucceſs. tom. 1. §. 9. n. 2.* Ayrer *d. obſ. 2. n. 22. Beuſt. rubr. de jurejur. n. 179. Emeric. à Rosbach. d. t. 50. n. 17. Weſemb. in Parat. C. h. t. n. 5.* Hujus autem reſpectu omnino, *c. 1. §. propter. h. t. in 6. Donell. comm. lib. 14. c. 3. fol. 51. ibi Dn. Hilliger. lit. P. Vultejus, in pr. Inſt. de pœn. temer. litigant. n. 10. ibiq́; Harppr.* & *§. 1. n. 80.* & *c. Obrecht. hic c. 11. n. 6. Setſer. lib. 3. c. 2. n. 17. Speckhan. cent. 2. claſ. 4. q. 19.* & *q. 29. Gail. lib. 1. obſ. 84. n. 4.* & *obſerv. ſeq. n. 1. Marant. in Specul. aur. p. 6. c. de jurament. calumn. n. 2.* Tacitè autem remiſſum cenſetur, ſi exactum non fuerit, *Aloyſ Riccius in collect. deciſ. p. 4. deciſ. 1231. Camill. Borell. d. tit. 51. n. 9.* & *c. Bachov. in not. ad Treutl. d. diſp. 21. θ. 3. lit. C.* Ayrer. *d. obſ. 2. n. 27. Roſbach. d. loc. n. 17. Rauchbar. p. 1. q. 11. à pr.* (b) *d. l. 1.* & *l. 2. §. 4. C. h. t. d. c. 1. §. 1. h. t. in 6.* quod etiam in Camera Imperiali obſervatur teſte Gailio *d. loc.* (*c*) Licèt aliàs juramentum contractui adjectum confirmet illum, *arg. auth. ſacramenta. C. ſi adverſ. vendit. l. ſi alterius. 3. C. ſi minor ſe major. dix.* & adjiciat robur actui, ſuper quo interponitur, ipſumq́; ultra naturam ſuam alteret, & validet, ut de nullo, aliquem; & de invalido, validum faciat: Hoc tamen de contractibus jure ſimpliciter non prohibitis, quæ non ſunt contra publicam utilitatem, nec illorum obſervantia tendit in præjudicium tertii. *text. in c. cùm contingat. in verb. firmando. Ext. de jurejur. fac. l. non dubium. 5. C. de LL. l. jus gentium. 7. §.* & *generaliter. 16. D. de pactis. l. ſi quis 112. § Divi Severus. 4. D. de leg. 1. Treutl.*

d. diſp.

*d.diſp.21.th.2.lit.B.Everhard.à Middelb.in top.loc. à vi & energ. juramẽt.n.5.* Cùm autem talis actus ipſo jure, uti probatum, ſit prohibitus, & contra utilitatem publicam *d.l.2.§. ſed quia, ibi non pro privatorum commodo; ſed pro communi utilitate,* tendatq; in præjudicium tertii, Reipub. ſcilicet; meritò ergò non valente contractu, non valebit juramentum, ſed potius corruente principali, ut pactum, corruet & ipſum acceſſorium, juramentum nimirum, ſecundum vulgatum *in l. cùm principalis.178. D. de Reg. Jur. c. acceſſorium 42. eod. in 6.* (d) Et hoc caſu eſt tale juramentum de ordine judicii ſubſtantiali. *Scaccia. q.3.* Ayrer *d. obſ. n. 28.* Gilhauſ. *d. ram.8.n.19.* ac propterea ſi judex ejusque referens videat juramento calumniæ exacto, non verò præſtito, hinc inde in cauſa fuiſſe concluſum; ex officio reſcindere concluſionem, partiq; ut id præſtet, per interlocutoriam injungere debet. *Gail. lib.1. obſ.84.n.6.*

XXI.

Ultimò quæritur, num ſtatuto, vel conſuetudine tolli poſſit? ſepoſitâ affirmativâ, negativa nobis placet.

*Per expreß. text. in c. cæterum. 5. Extr. de juram. calumn. gl. in c.1. § propter verb. tacitè in fine. h. t. in 6. text. expreß. in c. conſtitutus. 3. verſ. præſentium. Extr. de fidejuß. ibiq; gl. Matheſ. ſing. 65. incip. nota quod Roland. conſ. 71. n. 10. vol. 1. incip. viſo proceſſu. Roch. de Curte, in tr. de conſuetudin. c. fin. n. 15. Menoch. arb. qq. caſ. 20. n. 4. Ferrarienſ. in form. libelli pro action. real. ad verb per Sacramentum calumniæ. n. 8. Weſemb. in Parat. C. h. t. ad fin. Obrecht. h. tr. c. 11. n. 20.* Schwatzenthall *lib. 2. proceß. c. 4. Setſer. d. lib. 3. c. 2. n. 18. Bernh. Grævæus. 1. concluſ. pract. 85. & conſ. 1. Scaccia tr. de Judic. lib. 2. c. 1. q. 16. & ſeq.* Unde conſuetudo contrarium diſponens, & ſic publico favori derogans irrationabilis cenſenda eſt, *Gail. d. lib. 1. obſ. 85. num. 3.* Gilhauſſen *d. ram. 8. n. 2. Vaſq. lib. 1. illuſtr. controverſ. c. 31. in fin. Rol. à Vall. conſ. 71. n. 10. lib. 1.* Sed hoc de juris rigore, de æquitate verò mitigandam eſſe ſententiam, & dicendum ex circumſtantia rerum, puta ſi homines ad pejerandum proclives exiſterent, ad vitanda tot perjuria conſuetudine vel ſtatuto, ſeu reſcripto Principali, maximè tamen in vilioribus cauſis ex totu tolli & me-

melius, & utilius &c. eſſe *ſecundum Camill. Borell. tit. 51. num. 4. &c.* Quod & in Galla obſervari meminit Rebuff. *in præm. conſt. gl. 5. n. 50.* idq́; etiam jure Saxonico receptum eſt uſu, teſte Berlichio *tom 1, concluſ 21. n. 4.* quod juribus minimè adverſatur. *arg. l. 2. §. quorum. C. indict. viduit. toll. c. clericos. Extr. de cohabitat. cler. & mulier. Socin. d. c. cæterum.* Imò cùm hoc, pacto privatorum tacito remitti poſſit, ut ſupra θ. præced. lit. A. oſtenſum, quidni etiam conſuetudine & ſtatuto, cùm ſint publica pacta, & decreta. *l. 1. l. de quibus. 31. de LL.* quæ privatis omninò plus operari debent. *l. jus publicum. 38. cum ſimilib. D. de pact. auth. res quæ. C. comm. legat. Everhard. in Topic. leg. loc. à pact. ad ſtatut. Weſemb. in Parat. C. h. t. in fin.*

## XXII.

Abſoluto generali, ſequitur ergò ſpeciale juramentum *a* calumniæ, quod *b* in qualibet judicii *c* parte, uſq́ue ad concluſionem cauſæ, exigente adverſario *d* præſtari, vel etiam poſtquam concluſum eſt *e* in cauſa, ex mero judicis *f* officio deferri ſolet.

*(a)* Hoc olim in ſingulis judicii partibus exigebatur, *l. 1. C. h. t.* poſtea in deſuetudinem abiit, & cœperunt judices litigatoribus calumniæ juramẽtum generale, de quo in præcedentibus, præſtandum in initio ſuper toto negotio injungere. Verùm Saxones denuò hoc, miſſo generali uſurparunt, Landtr. *tit. 41. lib. 1.* Lehenrecht, *c. 68.* Practicis dicitur hoc juramentum Malitiæ *Rosbach. in ſuo proceſſ. civil. t. 50. n. 4.* Gilhauſſen *in arb. jud. c. 5. ram. 9. Brechter. in compend. proceſſ. c. 10. fol. mihi. 90. Termin. in proceſſ. c. 225.* N. G. O. *tit. 33.* Von Eydt *Malitiæ.* (b) Cujus multa occurrunt exempla in jure, quæ enumerat *Speckhan. cent. 2. q. claſſ. 4. q. 20. Weſ. in parat. C. h. t. n. 4.* ut in *l. de pupillo. 5. §. quia opus. 14. D. de oper. nov. nunciat. l. ejus. 3. C. quemad. teſtament. aper. l. ult. C. de fidei commiſſ.* (c) & toties, quoties de malitioſâ quâpiam propoſitione, præſumtio militat, aut conjecturis quibusdam, de malitia agentis, vel fugientis, ſive in civilibus, *l. theſaurus. 15. D. ad exhib. c. præſentium. 31. Extr. de teſtib. c. paſtoralis. 4. Extr. de except. c. ultra. 55. c. in cauſis. 15. Extr. de teſtib. l. fin. C. de*

*fid.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643689-p0032-0

*fid. inſtrument.* ſive ſpiritualibus. *c. cum dilectus.32. Extr. de elect. de c. cauſis. 15. c. ſignificarunt. 36. Extr. de teſtib.* vel matrimonialibus. *c.2. §. in omnibus. h. t. n. 1. in. 6. Menoch. lib. 1. præſumpt. 85. Brechter. d. loc.* conſtiterit, non obſtante licèt generale antea præſtitum ſit, *Grævæus. lib 1. concl. 87 conſiderat. 1. n. 3 & 7.* Idque fieri poteſt ante & poſt litis conteſtationem *d. c. 2 §. in omnibus. d. c. cùm dilectus. 32.* & etiam poſt publicatas demùm atteſtationes, *per capp. ſup. h. th. lit. C. Gail. lib. 1. obſ. 87. n. 3.* Ad hoc etiam referri poteſt id, quod partes, judice, cui de ipſarum temeritate conſtiterit, mandante jurant, vel de non temerè Leuterando, N. G. O. *tit. 35. ſ.* Dieweil / ibi, ehe ſie die Leuterung zulaſſen daß Juramentum Malitiæ aufferlegen wollen; vel de non temerè appellando illaq; legitimè proſequenda, *Mynſinger. obſ. 65. cent. 3. Everhard. Speckhan. cent. 2. qq. claſſ 4. q. 28. in fin.* Vel de non temerè interveniendo, N. G. O. tit. von intervention. *15. in fin. ibi* deswegen jhme denn do etwan ſtarcke præſumptiones wieder jhn militiren / nach gelegenheit wol daß Juramentum malitiæ deferiret werden köndte. Vel de non malitiosè teſtes nimis remotos producendo. N. G. O. *tit.* von Ausländiſchen Zeugen. 23. in fin. ibi mag man den producenten ehe er zuvor die compaſs Brieffe ertheilt / daß Juramentum malitiæ aufferlegen (d) N. G. O. *tit. 18.* von Eyden / vnd derſelben *&c.* §. nach dem / *ibi*, aber gleichwol nicht ehe / es werde dann daſſelbe von jhme gefordert/ (e) *l. 1. ubi Bald. n. 8. C. h. t. Marant. in Specul. aur. p. 6. h. t. n. 3. Rosbach. d. loc. c. 2. §. fin. de juram. calumn. in 6. Brechter. d. loc.* Hoc juramentum etiam obtinet, ſi una pars, alteri juramentum detulerit, tunc deferens juramentum calumniæ exigente hoc alterâ parte, cui delatum eſt, jurare tenetur. *l. jusjurandum. 34. §. qui jusjurandum. 4. D. de jurejur. latè Berlich. vol. 1. concluſ. 20. n. 8. & c. Rauchbar. lib. 1. q. 9. & 10.* N. G. O. *d. t. &* §. nach dem auch der jenige / welcher einen den Eydt deferiret, den Eydt vor gefehrde zu ſchweren ſchuldig/ modò id fiat, & petitum juxta præſcriptum. N. G. O. *d. t. &* §. ibi, wenn Er den Eydt vor gefehrde haben will / denſelben in der Citation, die Er vermög der Conſtitution auszubringen ſchuldig/ zu leiſtung ſolches Eydes ausdrücklichen citiren laſſen/ der deferēt

auch hierauff ſolchen Eydt für gefehrde vnweigerlich zu leiſten ſchuldig *d.* N. G. O. *tit.* von edition der Brieſſlichen Vrkunden. 26. §. es ſoll auch ibi, jedoch auffs deferenten vorgehenden Eydt vorgefehrde zu leiſten ſchuldig ſein. Præſtito hoc juramento, ſi is, cui delatum eſt principale, referat deferenti, compellitur deferens illud præſtare, & ſic duplex jusjurandum deponit, d. N. G. O. *d. t.* §. ferner / ibi, auff den fall aber / do er nach geforderten Juramento calumniæ gebührlichen referiret, ſoll deferent, ſolchen Haupt Eydt neben den Eydt für gefehrde / vnd alſo beyde zu gleich zuſchweren ſchuldig ſeyn. (f) *præallegat. Dd.* quod & hodie maximè procedit ſæpius citatâ. N. G. O. *h. t. ibi*, auch ohne vorgehendes Rechdliches erkäntnüs / auß Richterlichen Ampt extrajudicialiter, es werde gleich von den andern Part geſucht oder nicht / aufferlegen. Recuſans autem hoc juramentum habetur pro confeſſo, *c. fin. de confeß. in 6. Gail. 1. obſ. 87. pr. Setſer. lib. 3. c. 8. n. 10. Treutl. d. diſp. 21. th. 4. lit. G.* CammerG. O. *p. 1. t.* 25. Hodie autem audientia recuſanti denegatur N. G. O. *d. t. 33.* ibi, ſoll Er mit ſeinen ſuchen nicht gehöret / noch zugelaſſen / ſondern ſtracks davon abgewieſen werden / fac. præ alleg. N. G. O. *t. 18.* §. nach dem in fin. Plura de hac *Speculat. tit. de jurament. calumn. n. 9. Brechter. d. loc. & alii.* Formula hujus habetur in CammerG. O. *p. 1. t. 74.*

Et tantùm, quantum temporis anguſtia, materiæ hujus minùs frequentis difficultas, ingenii mei tenuitas adjicere permiſit, dixiſſe ſufficiat. Gloria Tibi Domine Jeſu qui es omnia, & ſuper omnia, & præter omnia.

Scalig. exercit. 365. ſect. 2.

*FINIS.*

ULB Halle 3
004 961 196

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643689-p0035-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643689-p0036-2

699
1630
12

# DISPUTATIO JURIDICA De JURAMENTO CALUMNIÆ,

*Quam*
Auſpicante DEO ter Opt. Maximo
&
*Conſentiente Magnifico, atque Ampliſſimo in celeberrimâ ad Albim Academiâ*
JCtorum Ordine
SUB PRÆSIDIO
*Clariſſimi & Conſultiſſimi VIRI*
DN. CHRISTIANI Krembergk/
J. U. D. Juridicæ Facultatis Adſeſſoris, & Judicii Electoralis Curiæ Advocati digniſſimi &c. Præceptoris ac Promotoris ſui omni obſervantiæ cultu proſequendi,
*Publicæ diſquiſitioni ſubjicit*
JEREMIAS Walburger/ Fribergâ-Miſnicus
Electoral. Alumnus.
*Ad diem 18. Martij horis*
*à Septim. matut.*
In Acroaterio JCtorum

*WITTEBERGÆ,*
Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH, Acad. Typogr.
ANNO M DC XXX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-643689-p0037-8